



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et Principis Monasteriensis Decas**

**Alpen, Johann von**

**Coesfeldiae, 1694**

29. Ordines Patriæ suadent Monasteriensibus compositionem. Sed frustrà.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68495)

1659.

448. GHRISTOPH. BERNARD.

beretur, festinato quantocyus millenorum aliquot agrestium & operarum sudore, munimenta castri omnia funditus everta sunt; ædificiis duntaxat illæsis; quæ suis tamen exuta jam velamentis, velut inplumis alis, conspicua remanserunt. Haud quidquam obstitisse video *Christophori Bernardi* sagacitatem, dum arcis munitiones perficiebat, aggerum & eminentium præcipuè collium intestina, prægrandibus truncis, sudibusque & multo caudice farcientis, ut vel sic molem ipsa æternaret, vel enata ex eo destruendi summa difficultas, amicos in everisionem proclives, olim alienaret. Sed ad eò nihil in humanis stabile, permanensque finit iniquis ratio, ut ne laxis quidem & erectis tanto labore ac sumptu munimentis sua sit perpetuitas & quies. Nos verò, ut invidiosi evitemus censoris notam, relicto nunc *Ludgeriburga* ad rem *Monasteriensem* redeamus.

29.  
Ordines  
Patria  
suadent  
Monasterien-  
sibus  
compositionem.

In continuatis post hos dies Comitibus unà comparent *Monasteriensium* delegati; Eos reliqui statim Ordines *Diceciani* adoriuntur, ex iterato ad *Batavos* recursum, tam periculoso Civitati quam *Dicecesi* universæ, quid aliud, quam ruinam omnium timeri posse? Revocari quantocyus oportere, qui in *Hollandiam* missi sunt, ac monitioni *Principis* locum dari.

1659.

dari, ut opportunè adhuc exitio patriæ totius antevertant. Honestam compositionem nullatenus desperatam esse, & hanc authoribus se, ac prudente quovis, *Sed frustra.* conatibus adeò exitiosis longè præferendam. Effectum si qui præsentés sint, spondere nequeant, revertantur sinè mora Monasterium, disponant Concives, audent benè consulentibus, & suæ ac posterorum omnium consulant salutem. Recipiunt id Delegati & Monasterium abeunt eventum tentaturi: sed quod surdis canere, nec conceptam de Batavis spem deposituri civés viderentur, re infectâ Coesfeldiam redire noluerunt.

Interea *Eitzenus* ac *Clutius* tendente *30.* frustra in dias transituris Principe (nam *Ablegatorum* quacunque demum via intercipi, capti *Urbis in* vosque attineri jusserat) feliciter dilapsi *Hollandia* in Belgium penetrarant; Per Urbes & *negotio.* oppida Transsalanæ, Gelriæ & Hollandiæ cursitantes, enormitatem iniuriæ exaggerant, quâ Princeps immerentes persequatur. Haud sanè meritum à Cæsare & Imperio superioribus bellis *Monasterium*, ut sententiâ & quidem præcipitanter, omissoque juris & judiciorum ordine, ceu à partibus pronunciatâ, tam iniquè læderetur. Et quem non in admirationem raperet, Civitatem eam, cujus indubitata sit libertas Magistratum eligendi,

Ff 5

quæ